

# REGE'S CASTEL.

LÆ.VS Q:AD PHILIPPVM III. REG. CATHOLICVM .etc.

Illustrissima DDn. Fuggerorum Kir:  
chbergæ et Weissenhorni Comm.  
Familia D.Ddti.

Philippus Dominicus Victor.  
in Italia Hispan. n. 1501.  
Philippus III. Rex  
Castelle. nat. 1478.  
Philippus I. Rex Castelle.  
nat. 1527. ob. 1598.  
Carolus V. Imperat. Rex  
Castelle. nat. 1500. m. 1558.



Ferdinandus Regnum Neapol.  
recuperat. 1493. m. 1498.  
Ioanna eius Amica.  
Ferdinandus Dux Calabria  
in Hispaniam ductus.  
1502. mor. 1528.  
Alphonsus Rex Neap. Regni  
excitatus a Carolo R. 1494.  
Ipolita fil. Francisci Sforza duc. Med.  
clany ob.  
Fredericus Princeps Tarent.  
finus Rex Neapol. an. 1498.  
in Franca duct. 1502. m. 1505.  
Ixor Isabella Balcia.  
Ioannes Cardinalis  
Arenensis ep. Tarent.  
finus. an. 1478.  
Ioannes Infans qui morit.  
ante patrem. 1502.  
Margaria Maximilia  
Imp. filia.  
Philippus Archid.  
Austria Dux Burgund.  
Rex Castelle. m. 1506.  
Isabella vxor  
Emanuel Regis  
Portugallie.  
Maria vxor  
Emanuel Regis  
Portugallie.  
Catharina vxor  
Ar tu et Henrici  
8. Regis Anglia.

Isabella vxor Fer.  
dinandi Regis Catholi.  
ci ob. 1504. nata 1497.  
Henricus 4. Rex Castelle  
nat. 1473. mor. 1478.  
Blanca Ioannis z. Reg. Aragon. fil.  
Ioana Eduardi Reg. Portugallie.  
Ferdinandus Notus Rex Ne.  
apol. mor. 1493.  
Ioanna fil. Ioan. z. Reg. Aragon.  
Cinculus acc. in bello  
cont. Henricum 4.  
Rex Castelle. ob. an.  
1478.  
Leonora vxor Gastoni  
Com. de Foix. hater Reg.  
Navarre m. 1479.  
Blanca vxor Henrici 4. Reg.  
Castelle.  
Ferdinandus Catholicus Rex Castelle post  
Henricum 4. Aragon. et Neapol. m. 1516.  
Isabella fil. Ioannis z. Regis Castelle.  
Ioan. Notus Arch.  
episcop. Cesaravug.  
ob. 1477.  
Alphonsus Notus  
Dux Villagormose.

Ioannes z. Rex Castelle  
morit. 1477.  
Catharina vxor  
Henrici magistri  
S. Jacobi et gal.  
cia Principis.  
Maria nupta  
Alfonsi I. Regi  
Aragonie.  
Isabella fil. Ioan. Reg. Portugallie.  
Alphonsus I. Rex Aragonie  
et Neapol. adopt. a Ioan. z. 1478.  
Maria Henrici Patris fil.  
N. Concub. Valentin. Hispana.  
Ioannes z. Aragonie Navarra  
et Sicilia Rex. mor. 1479.  
Blanca fil. Caroli z. Regis Navarre.  
Ioanna fil. Frederici Almirant. Castelle.  
Petrus occisus in bello  
Neapol. contra Ba.  
rones. 1479.  
Henricus Magister  
Ordnis S. Jacobi. ob. 1478.  
Cathar. fil. Henrici 4. Patris.  
Sancus Magister. Or.  
dnis Alicantar. et Cala.  
trandi. ob.  
Maria Ioan. z. Reg.  
Castelle. vxor.

Henricus 3. Rex Castelle. morit. 1409.  
Catharina Ioan. Ducis Lancastrie fil.  
Ioannes I. Rex Castelle. mor. an. 1328.  
Leonora Petri 4. Regis Aragon. filia.  
Beatrice Ferdinandi Reg. Portugallie fil.  
Eleonora Regina  
Navarre vxor Caro.  
1. Regis.  
Henricus 2. Notus Rex Castelle et Legion.  
ii. post fratrem mor. an. 1377.  
Ioanna fil. Emanuelis de la Ceada.  
Petrus dicitur Crudehs. Rex.  
Castelle. occ. ab Henr. sic. 1369.  
Blanca fil. Petri Ducis Borgonie.  
et a Badilla prius Concubina.

Alphonsus 11. Rex Castelle. m. 1350.  
Maria Alphonsi Regis Portugallie filia.  
Ferdinandus 4. Rex Castelle. mor. 1370.  
Constantia fil. Dionysii Regis Portugallie.  
Sancus 4. Rex Castelle et Legionis.  
mor. 1329.  
Maria fil. Alphonsi de Molina Infans Castelle.  
Ioannes Infans.  
occ. a Alca. 1329.  
Margaria Mar.  
ch. Alontifera vxor.  
Alphonsus 10. Astronomus Clect. Rex Re.  
manor. 1286. m. 1289.  
Violante Iacobi I. Regis Aragonie filia.  
Ferdinandus  
Maria vxor Sancii Reg.  
Castelle.

Sancus.  
Philippus.  
Emanuel.  
Fredericus.  
Henricus qui  
Neapol. ob.  
Alphonsus 9. Bonus Rex Castel.  
le. m. an. 1217.  
Leonora fil. Henr. z. Reg. Angl.  
Sancus 3. Desiderat. Rex  
Castelle. mor. 1187.  
Blanca fil. Garcia Reg. Navar.  
Ferdinandus ob. puer.  
Blanca fil. Lud. 3. Reg. Gall.  
Francia. vxor Alfonsi 2. Reg.  
Port. et Leonora eius sorora.  
Henricus I. Rex Castelle.  
mor. 1217. 1209.  
Mafalda Regina Portugallie repud.  
Sancus. nat. 1180.  
mor. infans.  
Ferdinandus 3. Rex Castelle et Legi.  
onis. mor. 1282.  
Ioanna fil. Simonis Comit. Pontivi.  
Beatrice Philippi Sicul. Imperatoris fil.  
Alphonsus de Molina Infans  
Castelle.  
Alonzo fil. Ramonis Co. Belon.

Alphonsus Rex Legionis m. 1221.  
Berengaria fil. Alphonsi 9. Reg. Castelle.  
Therasia Sancii Reg. Portugallie repudicata fil.  
Ferdinandus 2. Rex Legionis. m. 1191.  
Berengaria fil. Ferdinandi Comit. Lancia.  
Rica Vladislai Ducis Polonie fil. alia Vrraca dicta.  
Alphonsus 8. Rex Castelle et Legionis an.  
1176. m. 1199.  
Berengaria fil. Berengarii 3. Com. Barchinon.  
Rica Vladislai Ducis Polonie fil. alia Vrraca dicta.  
Beatrice vxor Ludo.  
uicij 7. Regis Gallie.

RAIMVNDVS Comes Tolosa qui moritur in Siria. 1115.  
Vrraca filia Alfonsi 6. Regis Castelle et Legion. post  
vxor Alphonsi p. Regis Aragonie. qui mor. 1134.



Post te Roma, Sabvite Gattos ceu  
CASTVLO reges;  
Sic Gattohispanos inae cele:  
bat heros:  
Tres GERMANA deat. nunc. ecce  
propago PHILIPPOS:  
AVSTRIACONIS PANIS ya:  
ret Iberus heris.

PALATIUM TOLETANVM

TEMP. TOLETANVM





NOTATIONES IN STEMMA  
REGVM CASTELLAE.

fuisse prædicatur: Iuuenis obiit; Ferdinandus verò frater eius, de quo supra in Stemmate Arragonico diximus, eò quod ex Leonora sorore Ioannis & Martini, qui ultimi fuere ex Regibus Arragoniæ, progenitus erat, Regno tam Arragoniæ quam Sicilia successefit; Hic tutor erat Ioannis filii fratris sui Henrici, cui aultiori factò, Mariam filiam in uxorem dedit; Sepultus est in Monasterio Populetano: Alteram filiam habuit Leonoram Eduardo Regi Portugalliæ nuptâ; Henrici verò filia fuere Maria & Catharina, duobus fratribus earum patruelibus, nempe Alphonso Regi Arragoniæ atque Neapolis, & Henrico Magistro ordinis S. Iacobi nuptas.

IOANNES secundus Rex Castellæ, puer trium annorum natus, patri successit, sub tutela matris ac Ferdinandi patris: & ab hoc Reges Castellæ, prouti à Ferdinando Reges Arragoniæ & Sicilia, sunt propagati: apud eum in summa fuit autoritate Alvarus de Luna, ita ut pro eo cum Arragoniæ & Navarra Regibus patruelibus conflixerit, quem tamen denique in oppido Valisoleti capitali affecit supplicio, Suasu Vincentii Monachi Ordinis Prædicatorum, Iudæos omnes Christianam fidem amplecti nolentes, bonis eorum confiscatis, è Regno expulit; propterea multi ex timore sunt baptizati, quos vulgus postea Marranos appellavit, eò quod sub Iudaicis ritibus ad huc occulte viverent; eius filia fuit Isabella uxor Ferdinandi Catholici.

HENRICUS quartus Rex Castellæ & Legionis, filius Ioannis secundi, quamvis uxorem Blancam Arragoniam Navarra Regni hæredem ob sterilitatem repudiaverit, valida tamen manu Navarra ingressus, partem eius occupavit, vivente adhuc focero, at morte præventus, in possessione Regni perveniri non potuit, sed absque liberis mortuus est, inde per Isabellam eius sororem Regnum Castellæ ad Ferdinandum Catholicum pervenit.

ALPHONSUS Magnanimus dictus Rex Arragoniæ & Sicilia, primogenitus Ferdinandi, à Ioanna secunda Regina Neapolis, in filiam & successorè prius adoptatus, deinde rejectus, & in eius locum Ludovicus tertius Andegavensis adscitus, jus suum nihilominus armis persequens, post varios eventus tandem Regno Neapolitano potitus est, cuius possessionem in Ferdinandum filiū eius nothum transmisit,

à quo descendentes eam tenere quousque à Carolo octavo Rege Franciæ primum, deinde à Ludovico XII. & Confalvo Corduba Hispano, Ferdinandi Catholici Ministro, penitus expulsi sunt, prouti in Regum Sicilia Stemmate pag. 21. dicemus.

IOANNES verò Alphonfi frater, ex conjugio Blanca Caroli Navarra filia, Regnum Navarra adeptus, fratre Alphonso absq; legitima prole defuncto, Sicilia quoque & Arragoniæ Regna obtinuit, cum Ioanne Rege Castellæ varia fortuna multa gessit prælia, prouti & cum Barchinonensibus ac Gothalanis, senio confectus annum agens 84. Barchinone obiit, ex Navarra filium habuit Carolum, Principem Bearniæ dictum, & filias duas, quarum Blanca ab Henrico quarto Rege Castellæ repudiata, & in Navarra reversa, post paucos dies absque liberis mortua est, hinc ad Leonoram Regnum Navarra pervenit, ex secunda autem uxore Ioannam habuit, Ferdinando Regi Neapolitano nuptam.

FERDINANDUS Catholicus, Ioannis secundi Regis Arragoniæ Navarra & Sicilia F. ex secunda uxore, patri in Regno Arragoniæ & Sicilia successit, ab uxore autem Isabella, Henrici fratris sui hærede, Regnum Castellæ & Legionis adeptus est: Hic eò quod Sarracenis expulsis Regnum Granatæ, post 800. ferme annos quibus id possederant recuperavit, & Mahometica superstitione sublata, templa repurgavit, ac Iudæos Hispania eiecerit, Catholicus est dictus, Hispaniamque ferè universam in suam potestatem redegit, mox & Regnum Neapolitanum, Orani, atque Americæ, cum Insulis fortunatis adiecit: Sanctam Fidem, civitatem in Regno Granatæ extruxit, mortuus est autem absque mascula prole, Ioannes enim eius unus filius post celebratas cum filia Maximiliani Imperatoris nuptias, brevi Salamantice obiit, Avile sepultus: filia autem Isabella primogenita (Emanueli Regi Portugalliæ nupta) ante ipsum sine liberis mortua est, quapropter tot Regnorum ac Principatuum hereditas ad Ioannam filiam secundam est devoluta, quæ PHILIPPO Maximiliani I. Imperatoris filio, Archiduci Austriæ ac Duci Burgundiæ in matrimoniū collocata, in CAROLUM filium primogenitum ea transulit omnia, quæ à nepote eius PHILIPPO tertio Rege Hispaniarum possessa sunt, eò à pronepote Philippo IV. adhuc possidentur.



RAIMUNDO Comite Tolosano, cui, prouti pag. 5. & 6. diximus, Vrraca filia Alphonfi sexti Regis Castellæ nupta fuerat, natus est ALPHONSUS, qui (cum Alphonso Regi Arragoniæ vitrico succederet in Regno Castellæ & Legionis, qui septimus fuit dictus,) Octavus cognominatur, Hic in principio sui Regiminis, Mauris Cordubam, Almeriam & Baionam abstulit, & in reditu ab expeditione Hierosolimitana deceffit.

SANCIUS eius filius, qui in juventute mortuus est, ob egregios mores desideratus est dictus, fertur autem, noctu a prædonibus Arabibus improvise adortum, ab eis trucidatum fuisse. Monasterium illud celebre, pro nobilibus fæminis in civitate Burgos fundavit, quod appellant, Las Huelgas: ALPHONSUS filium, puerum reliquit, qui ab insidiis & tyrannide patris servatus, patris necem vindicaturus, contra Arrabes bella gessit gravissima: & præter sororem Constantiam, quæ in Stemmate, Beatricem habuit Sancio quarto Regi Navarra locatam, atq; Sanciam Alphonso Regi Arragoniæ nuptam.

FERDINANDUS Sancii frater & Alphonfi octavi filius, à patre testamento Legionis Rex institutus, in subditos maxime sævit, quapropter à fratre, opera Primatum Regni Legionis, in carcere aliquandiu detentus post eius obitū Alphonso filio ipsius insidiatus est. Sub quo Alphonso qui IX. est dictus diuque regnavit, milites S. Iacobi capere.

HENRICUS primus Rex Castellæ Alphonfi noni filius; Regni anno secundo, tegulæ è tecto cadentis ictu oppressus est, nullis relictis liberis; Sorores habuit Blancam uxorem Ludovici octavi Regis Franciæ, S. Ludovici matrem, Berengariam Alphonso Regi Legionis, patrueli, & Vrracam Alphonso secundo Regi Portugalliæ nuptas.

FERDINANDUS tertius Alphonfi Regis Legionis F. post mortem Henrici primi, in Regno Castellæ successit, qui Hispalim expugnavit 1247. & Mauros penè tota Hispania fugatos in angulum Bæticae Provinciæ, quem nunc Granatæ Regnum appellant, conclusit; omnium qui ante ipsum in Hispania regnarunt potentissimus: Eius filia Leonora Eduardo secundo Regi Angliæ nupta est, Berengaria autem monialis est facta.

ALPHONSUS decimus: qui & Cæsar electus est post Wilhelmum Holandum, leges Hispanicas in septem digessit Volumina, Historiam orbis, quam Generalem Hispani appellant, edidit; Astronomiam maxime dilexit, ita ut scientiam illam, quasi extinctam, denuo in lucem revocarit, & in Tabulis Astronomicis conficiendis, quæ ideo Alphonfinæ dicuntur, Toleti computatis, grandem pecuniam erogaverit: Beatricem filiam notham, Alphonso Lusitaniæ Regi elocavit, deditq; in dotem Comitatum Algarbiæ. Sancium & Ioannem filios in ultima senectute contrarios habuit, Sancius autem ab ordinibus Regni, Valisoleti Rex est acclamatus, anno 1282.

FERDINANDUS ALPHONSI primogenitus, dela Cerda dictus, mortuus est ante patrem, filios habuit ALPHONSUM & Ferdinandum, qui quòd arma in Sancium patruum arripere cogitarint, carcere sunt mancipati, ibique manserunt quamdiu Sancius vixit.

SANCIUS quartus, filius secundo genitus, patri ALPHONSO successit, (quamvis ALPHONSUS ipse, ALPHONSUM & Ferdinandum dela Cerda, nepotes suos ex filio Ferdinando inter se substitutos, hæredes Regni ex testamento nominasset.) Is Tarifam Mauris ademit, ac Mahometum Fessæ Regem navali prælio superavit. Filiam habuit Isabellam Iacobo II. Regi Arragoniæ & Sicilia primùm desponsam, dein Iohanni 3. Duci Britannia nuptam.

FERDINANDUS quartus, novennis relictus à patre sub tutela matris, gravibus agitatus est bellis; ab ALPHONSO dela Cerda primum, qui cum è carcere evasisset Regno inhiabat, dein à Regibus Navarra, Portugalliæ atq; Arragoniæ; Delatoribus aures facile præbuit, ac juvenis moritur. Filiam habuit Leonoram, uxorem ALPHONSI quarti Regis Arragoniæ.

ALPHONSUS undecimus, cum Mauris & Granatæ Regibus multa gessit bella, Algeziram cœpit & in obsidione Castri Gibraltara mortuus est, trigessimum nonum ætatis annum agens: Princeps rerum gestarum magnitudine atq; scientia militari eximius: ex Leonora de Gufman Henricum habuit, qui post Petrum regnavit, & Fridericum filios.

PETRUS, crudelis appellatus, eò quod uxorem Blancam & fratres neci dederit, magnatesq; non paucos levissimis ex causis, aut occidi fecerit, aut Regni finibus exegerit, Rubeumque Granatæ Regem, exulem, & hospitem suum siti necaverit, Regno pulsus, id primò, Anglorum ope, recuperavit, sed iterum ab Henrico fratre notho proelio victus, ab eo est pugione confossus, relictis filiis Constantia Iohanni Duci Lancastri, & Isabella Edmundo eius fratri nuptis, atque Ioanne ex Ioanna Castria nato, qui in carcere vitam finivit.

HENRICUS secundus, prius Comes Traftamara dictus, ALPHONSI XI. filius, ex Leonora de Guxman eius concubina, Petri fratris tyrannidem fugiens, ad Regem Arragoniæ se recepit, cuius ope, Castellæ fines ingressus Petrum fugavit, & per biennium varia fortuna contra eum usus, eo tandem occiso, pacifice Regnū adeptus est; sepultus ad S. Dominicum, dela Calzada dictum: filia eius fuit Leonora Caroli secundi Regis Navarra uxor.

IOANNES primus Henrici F. bellum gessit adversus Lusitanos, focero namq; Ferdinando sine masculis defuncto, uxoris jus in ea successione profecutus est, qua tamen potiri non potuit, verum ab Anglis, Duce Ioanne Lancastrio, bello petitus, Regnum Castellæ & Legionis tutari coactus est, Compluti denique, equi casu oppressus, occubuit.

HENRICUS tertius Ioannis filius primogenitus, valetudinarius fuit, prudentia tamen cæterisq; virtutibus quæ in Principe requiruntur, satis instructum fuisse



IN

Compendium in libro de REISSERSONN  
in April 1720 05, L. 44 4053/2  
in cum in SOEURIS

